

## BEATÆ GUADALUPE ORTIZ DE LANDÁZURI

De Communi sanctorum: pro sanctis mulieribus.

### COLLECTA

Deus, qui beátæ Guadalúpe  
grátiam largítus es converténdi labórem quotidiánum  
in occasiÓnem occurréndi Christo et serviéndi frátribus,  
præsta quæsumus, ut vestígia eius sequéntes,  
fidem et gáudium frátribus nostris disseminémus.  
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum,  
qui tecum vivit et regnat  
in unitáte Spíritus Sancti, Deus,  
per ómnia sæcula sæculórum.

BEATÆ GUADALUPE ORTIZ DE LANDÁZURI

De Communi sanctorum.

- LECTIO I**      **Deut 6, 3-9:** «*Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo*».  
Locutus est Moyses populo dicens: Audi, Israel, et observa...  
**Vel Act 4, 32-35:** «*Cor et anima una*».  
Multitudinis credentium erat cor et anima una...
- PS. RESP.**      **Ps 102, 1-2. 3-4. 8-9. 13-14. 17-18a.**  
**Ṛ.** (1a): Benedic, anima mea, Dominum.
- ALLELUIA**      **Io 15, 9b. 5b:** Manete in dilectione mea, dicit Dominus;  
qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum.
- EVANG.**          **Mt 5, 13-16:** «*Vos estis lux mundi*».  
In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ...

## BEATÆ GUADALUPE ORTIZ DE LANDÁZURI

Nata est Matri in Hispania anno 1916. Doctoratum investigationis in Chimia adepta est. Ipsa fuit inter priores mulieres quæ sese incorporaverunt Operi Dei, quod via est sanctificationis in ordinariis vitæ adiunctis, quam Deus sancto Iosephmariae Escrivá ostenderat. Laborem suum professionalem convertit in medium quærendi Christum et serviendi proximis, cum in Hispania et in Italia tum in Mexico, quo se contulit anno 1950, ut inter mulieres laborem apostolatus Operis Dei inciperet. Iuvante Dei gratia, multis in animabus desiderium accendit perveniendi ad amicitiam cum Christo Iesu. Gravi morbo affecta, mortua est Pampelone in Hispania, die 16 iulii 1975.

De Communi sanctarum mulierum.

### Ad Officium lectionis

#### LECTIO ALTERA

Ex Epístola beátæ Guadalúpe ad sanctum Iosephmaríam Escrivá

(Mexicopoli, 29 iunii 1950:

Archivum Generale Prælaturæ, GOL A-00376)

*Deum valde diligo et vehementer ei servire cupio!*

Vellem hódie has tibi dare lítteras de meípsa áliquid dicens: bene scis me generátim minus débite curáre de his quæ ad me áttinent, ita ut in meis epístolis tibi enarráre sóleam quómo modo res procedunt: id est enim quod vitam meam intérnam et extérnam replet, et solúmmodo álquibus diébus, uti est hódie, consísto (seu pótius, facit Dóminus ut consístam), ut, ab ómnibus segregáta, moménto témporis vídeam quid in látebris cordis mei invenítur et impénsius grátias persólvam propter istum Dei amórem, quem ipse in me ponit. Utique, Pater, Deum veheméntius in dies díligo, maióri semper vi ac securitáte. Generátim id non sénsibus percípio, sed animadvérto in modo me geréndi in divérsis cuiúsque diéi adiúctis. Propter hoc quandóque id experíri égeo, ut vídeam hoc unum esse necessárium, ut nempe ego stúdeam idípsum íntegrum serváre, quia ita ipse Deus vitam meam purificábit. Desidério árdeo ei serviéndi!: sub aspéctu quidem materiáli labóri incumbéndo donec corpus meum resístat ipsúmque castigádo prout mihi permíssum fúerit; sub aspéctu vero spirituáli, me totam Deo tradéndo et meas soróres aliásque persónas quæ circa me sunt adiuvádo, ut ad culmen pervéniant. Hoc unum éfficit ut ego pátiar, scílicet incapácitas quæ ímpedit ne magis éfficax sim (propter meum deféctum... néscio cuius rei; me enim iudicáre non váleo neque id mea ínterest).

Impénse ores te rogo pro apostolátu qui hic exercéri potest. Puéllæ plene apértæ sunt, sed egent ut eas efformémus, eas adiuvémus eásque ad Deum véluti manu ducámus, sed hoc quandóque est difícilé. Impénse quoque pro me ora; me párvulam séntio, immo puéllulam et ímparem múneri mihi commísso, sed ad ómnia sum paráta, per obædiéntiam. Omníno sincéra ero –exístimo me numquam áliquid tacúisse quod manifestándum mihi

viderétur—. Hæc est réquies mea, et propter hoc cénseo me plene esse felícem. Sicut in mea oratióne, ita in lítteris quas tibi do me vacuefácio a cunctis sollicitudínibus meque expeditam séntio ad sustinéndum quodcúmque onus quod super úmeros meos Dóminus impónere velit.

Grátias tibi ago, Pater, pro ómnibus. Hódie, in festivitáte sancti Petri, me séntio tam arcte cápiti coniúctam, tam profúnde Operi Dei tráditam, ut id tibi communicáre mihi necesse sit. Tuæ lítteræ gáudium et consolatióne nobis ómnibus attulérunt; bene scio te semper de nobis nostrisque rebus sollícitum esse. Multum pro me ora et mihi ignóscere velis quod, licet sæpe incónscie, te contristávi et nunc contrísto.

#### RESPONSORIUM

2 Cor 9, 7-8

℞. Unusquisque prout destinávit corde suo, non ex tristítia aut ex necessitáte; \* hílarem enim datórem díligit Deus.

℣. Potens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis. \* Hílarem enim datórem díligit Deus.

#### Oratio

Deus, qui beátæ Guadalúpe grátiam largítus es converténdo labórem quotidiánum in occasióne occurréndo Christo et serviéndo frátribus, præsta quæsumus, ut vestígia eius sequétes, fidem et gáudium frátribus nostris disseminémus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

## BEATA GUADALUPE ORTIZ DE LANDÁZURI

Del Común de santos: para santas mujeres.

### ORACIÓN COLECTA

Oh Dios, que has dado a la beata Guadalupe  
la gracia de transformar su trabajo cotidiano  
en lugar de encuentro con Cristo y de servicio al prójimo,  
concédenos, siguiendo su ejemplo,  
transmitir a nuestros hermanos la fe y la alegría.  
Por nuestro Señor Jesucristo, tu Hijo,  
que vive y reina contigo  
en la unidad del Espíritu Santo y es Dios  
por los siglos de los siglos.

## BEATA GUADALUPE ORTIZ DE LANDÁZURI

Nació en Madrid (España) en 1916. Era doctora en Ciencias Químicas. Fue una de las primeras mujeres que se incorporaron al *Opus Dei*, camino de santificación en la vida ordinaria que Dios había hecho ver a san Josemaría. Transformó su trabajo en lugar de encuentro con Cristo y en servicio al prójimo tanto en España e Italia como en México, a donde se trasladó en 1950 para comenzar el trabajo apostólico del *Opus Dei*. Con la gracia de Dios, supo encender en muchas personas el deseo de llegar a la amistad con Cristo. Falleció en Pamplona (España) el 16 de julio de 1975, a raíz de una grave enfermedad.

Del común de santas mujeres.

### Oficio de lectura

#### SEGUNDA LECTURA

De una carta de la beata Guadalupe a san Josemaría Escrivá

(Ciudad de México, 29 de junio de 1950:  
Archivo General de la Prelatura, GOL A-00376)

*¡Quiero mucho a Dios y tengo tantas ganas de servirle!*

Hoy quisiera escribirle hablándole un poco de mí; ya sabe Usted que generalmente me despreocupo demasiado, y en mis cartas le cuento cómo marchan las cosas, que es lo que en realidad llena mi vida interna y externa, y sólo en algunos días, como hoy, hago un parón (mejor dicho, es el Señor el que me hace pararme) para que, aislada de todo, en un instante vea el fondo de mi corazón y sea más agradecida a ese amor de Dios que Él mismo va poniendo dentro de mí. Sí Padre, quiero mucho a Dios –cada día más, con más fuerza y con más seguridad–, aunque generalmente no lo noto de una manera sensible, sino en la manera de reaccionar ante las cosas. Por eso necesito que de vez en cuando lo sienta, para que vea que lo único que importa es esforzarme para conservarlo y así Dios mismo purificará mi vida. ¡Tengo tantas ganas de servirle!, materialmente trabajando todo lo que sea capaz mi cuerpo, y mortificándole todo lo que me permitan; y espiritualmente, entregándome totalmente yo y ayudando a mis hermanas y a todas las personas que trato, para que lleguen al máximo. Esto es lo único que me hace sufrir, la impotencia (por mi falta de... lo que sea, no sé juzgarme ni me importa) de ser más eficaz.

Pida mucho por el apostolado que se puede hacer. Las chicas se abren totalmente, pero necesitan que las formemos, que las ayudemos, que las llevemos de la mano hasta Dios, y esto a veces es difícil. Pida mucho por mí; me siento pequeña, muy pequeña, para esta labor, pero decidida a todo obedeciendo. Seré sincera hasta el fondo –yo creo que nada de lo que pienso que debo decir me lo callo–. Este es mi descanso, y gracias a eso soy totalmente feliz. Lo mismo en mi oración, que en las cartas que le escribo a Usted, me vacío de todo lo que me preocupa y me siento ligera para coger todo lo que el Señor ponga sobre mí.

Padre: gracias por todo. Hoy día de S. Pedro, me siento tan unida a la cabeza, tan rendida a la Obra, que necesito decírselo. Su carta fue un consuelo muy grande para todas; ya sé que siempre está pendiente de nosotras. Encomiéndeme mucho y perdóneme todo lo que le he hecho sufrir antes y ahora, aunque a veces sea involuntariamente.

#### RESPONSORIO

2 Cor 9, 7-8

℞. Cada uno dé como le dicte su corazón: no a disgusto ni a la fuerza, \* pues Dios ama al que da con alegría.

℣. Y Dios tiene poder para colmaros de toda clase de dones. \* Pues Dios ama al que da con alegría.

#### Oración

Oh Dios, que has dado a la beata Guadalupe la gracia de transformar su trabajo cotidiano en lugar de encuentro con Cristo y de servicio al prójimo, concédenos, siguiendo su ejemplo, transmitir a nuestros hermanos la fe y la alegría. Por nuestro Señor Jesucristo, tu Hijo, que vive y reina contigo en la unidad del Espíritu Santo y es Dios por los siglos de los siglos.